



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

58 Parochialium collationes Episcopi infra sex menses facere tenentur,  
aliàs collatio devolvitur ad Papam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

dummodo habeat jus congregandi synodus, & eligendi examinatores, colque elegerit, quo casu, omnia facere poterit, quæ in d. cap. 18. præcipiuntur, ut per sacr. congreg. fuit ibidem declaratum,

*in decis. sub. tit. Farzen. Legionen. Marsican. Cremonen. incipien. commendatarius. Abbatie.*

55 Si autem unus † tantum comparuerit infra terminum editi, examini subjici debet, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium est conferendum, nisi fuerint alij descripti, qui se excusent legitimo impedimento detineri, quominus valeant in tempore ad concursum accedere, tunc enim Episcopus legitime poterit terminum 56 prorogare, sed aliud editum † proponi non debet, ut in declarationibus *super eod. c. 18. §. congregatio censuit* propter ex-

57 guttatem redditus parochialis, & † si nemo se examini subjicere querat, aut ob apertas factiones, seu dissidia, ne graviores ri-  
xx, aut tumultus exciteratur, forma concursus omissa, per privatum examen supplerre poterit: *eod. cap. 18 in fin. sess. 24.*

58 Ordinarij collatores, parochiales † ecclias in mensibus eisdem collatoribus per regulas cancellariae assignatis, aut alias spectantibus vacantes, intra sex mensium spaciū à die vacationis earumdem, peracto examine iuxta formam præfati conc. Trident. conferre tenentur, alias earum collationes, dicto sex mensium termino clauso, Sedi Apostolicæ sunt specialiter reservatae, *ut in eadem constitut. 32. Pij V. 6. §. insuper.*

59 Vacantibus † autem in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, tenentur Ordinarij intra quatuor mensium spaciū, à die illorum vacationis attestationem exami-

nis, cum significatione personæ magis idoneæ electæ ad Papæ Datarium, seu ejus officiales, quibus illius acceptationis onus incumbit, transmittere, alioquin eisdem quatuor mensibus elapsis, earum collatio, & provisio Sedi Apostolicæ absque eodem concursu est reservata, *ut eod. §. insuper, dict. constit. 32.*

Si vero parochiales † jurispatronatus clericorum, vel laicorum, seu clericorum, & laicorum simul fuerint, nisi præsentatus à patronis infra tempus eisdem à jure præfixum, prævio examine, juxta formam ejusdem concilij approbatus, institui petatur, & institutio infra duos menses à die præsentationis facta fuerit, devolvitur ad Metropolitanum, vel Ordinarium vicinorem, aut ad Sedem Apostolicam, quomodo malluerint patroni, qui recurrendi pro institutione habent optionem, *ead. constit. 32. & §. insuper, circa fin.*

61 Possunt etiam † ordinarij beneficia per simplicem permutationem vacantia conferre, *cap. unio de rer. permut. in 6. clement. unic. eod. titul. Fed de Sen. conf. 156. nu. I. & Pius V. Quanta Ecclesia, §. ad hoc beneficiorum, 58. constit.*, etiam si in diversis diccesibus beneficia sint constituta, quo casu quilibet coram suo Ordinario ex causa permutationis percerit renunciare, *gloss. in d. cap. unic. in verb. collationem, in fin. de rer. permut. in 6. & trad. lac. in d. cap. unic. quest. 9. Rebuff. pratt. benef. de permut. numer. 36.*

62 In parochialibus vero vacantibus † per permutationem nullum prorsus examen requiritur, quia proprie vacare non dicuntur, nisi esset magna inæqualitas numeri parochianorum, vel, quod alias permutantes non fuissent examinati, quia, tunc